



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

In tabellam signi à Christo in Cana editi. Ode Sappica. XLVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44973**

## MONUMENTA.

55

Qui partem supersum traxerat insolens  
 Fallaci studio præcipui loci,  
 Cui primos homines se laque poserat  
 Vnum subdiderat nefas.  
 Nunc vietus triplicis pondere prælii  
 Verit terga gemens, armaque & omnibus  
 Post hac discipulis expositas vias  
 Vincendi dolet improbus.

## SCRIPTVRAR. UTILITAS.

Legitimè certare quæas, & viceris hostem,  
 Instructus verbis consiliisque Dei.

## CHRISTO DVCI INVICTISS. S.

In tabellam signi à Christo in Cana editi.

## Ode Sapphica. XLVI.

**Q**uæ Pater mundo posuit recenti  
 Iura sacrati thalami deditque  
 Iuncta concordi sociare vitæ  
 Munia lege:  
 Illa præsenti patris ipse natu  
 Numine antistes decorata, firmat,  
 Faustus & gratas epulas benigno  
 Comprobat vsu..  
 Sic & arcanis sociare tredis  
 Gentis humanæ genus expetitum,  
 Et sibi magnis emete adiugandum  
 Dotibus ardet:  
 Posit ut nostræ recreata gentis  
 Iuncta diuino suboles marito,  
 Splendidi sedes habitare cœli  
 Regnaque diuinum.  
 Prima miratrix Galilea Canas  
 Obstupet tellis renouata rerum  
 Munera, & magnuhi probat esse Iesu in  
 Pectore numen,  
 Dum videt certis variare formas,  
 Iunat & prisci latices Noachi,  
 Fonte quas huper vitro fluentes  
 Hauferat vndas.

D 4 NATV-

Qui

HVMANAE SALVTIS  
NATVRAE INNOVANDAE ARGVM.  
Sordet quicquid habet mundus cum munere Christi  
Collatum; nec iam quæ placuere valent.

CHRISTO CVRATORI BENIGNOS.

In tabulam Christi prædicantis Euangelium.

Ode Dicolas Tetraphos. XLVII.

P Roductum populis de sapientiae  
Patris consilium filius incipit  
Enarrare, bonus dicere & algida  
Dictis vrere pectora.  
Nam qualis calido lumine ab ætheris  
Alta sede humiles sol penetrat domos  
Terrarum, variisque exagitat potens  
Tentatas species modis;  
Cùm plumbi & chalybis grandia semina  
Concrescunt validis æcta vaporibus,  
Sed ceræ faciles & tenerr niues  
Decursu fluido liquent:  
Talis sermo Dei mentibus inditus,  
Obdurata premens æra superbiæ,  
Marcentes animos sed dociles fouet  
Vita munere prospero.  
Non ex ea ambitio, non amor improbus  
Rerum quas studiis appetit ultimis  
Vulgus, non animi luxuries capit  
Sancti commoda nuntijs:  
Sed quos dura hominum sollicitant mala,  
Vel vitam puduit ducere turpibus  
Infectam vitiis, vel timor obligat,  
Cura & iustitiae tenet.  
Hi (quanquam exiguum) pectora viuido  
Semen concipiunt quod cumulos creat,  
Quæcæ externa parens horrea compleat,  
Et diuini exhilaret choros.

DIVINAE DISCIPLIN. SCHOLA.  
Quas fugiat mundus rerum sunt commoda tanta?  
Sic est: sed stultis non sapit ista seges.

SIMPLICIVM DOCTORI OPT. S.